

bene quid per Ordinarium debeat intelligi
 his verbis. Ordinarius autem in proposito
 intelligitur Episcopus, siue eius Officialis,
 vel Vicarius Generalis, quem Prouisorem a
 pellamus, quia vnum & idem tribunal & au
 ditorium censetur Episcopi, & Vicarij ge
 neralis ipsius, & quod facit Vicarius dicitur
 Episcopus facere, ex textu in cap. 2. de con
 suetudine, lib. 6. capit. Romana. in princip.
 de appellat. eodem lib. 6. & in terminis ita
 tenet pater Magister Alphonsus à Veracru
 ce in appendic. ad Specul. coniug. in. 1. du
 bio. propositio. 6. ad fin. & Doctor Segura.
 Et licet aliquibus videatur hanc potestatem
 dispensandi in denunciationibus, non con
 cedi in generali commissione Vicario ab E
 piscopo concessa, nisi in specie concedatur,
 nihilominus, verior est sententia Patris Ma
 gistri Alphonsi à Veracruce, quem sequi
 tur Doctissimus Doctor Ioannes Gutierrez
 cap. preallegato num. 15. nempè quod Pro
 uisor seu Vicarius generalis Episcopi, siue
 speciale mandatum ad id habeat ab Episco
 po, siue tantum generale, possit pro suo arbi
 trio atque iudicio, & prudètia remittere pre
 dictas denunciations. Primo, quoniam di
 ctus